


294



ΕΤΧΑΡΙΣΤΙΚΟΝ

V I R O

*Clarissimo atq; Prudentissimo*

# M. JOHANNI PREIBISIO,

J. U. Candidato,

Philos. Facultatis Assessori,

Collegii B. Virginis Collegiatō,

Reipublicæ Senatori

*ipso D. Johannis Baptistæ die Feste*

A. P. C. N. 1651.

oblatum.

M. JOHANNE FRENTZELIO, Annæbergensi,

&

M. JACOBO THOMASIO, Lipsiensi,

Poetis

*à Beata Memorie Magnifico Viro*


D. CHRISTOPHORO BREIBISIO,

Comite Palatino, &c.

Laureatis.

---

L I P S I Æ,  
STANNO RITZSCHIANO.





a. S. o.

1.  
Magister Joannes Preibisius.

*nāt̄ avāye.*

A JESU merē insignis probitas.



**U**Ndīq nunc multūm probitas laudatur, at alget;  
Nam probitate nihil rarius effesolet.

Quæ venit à JESU probitas, ea sola probatur,  
Hoc sine nil probitas, nil Pietas q̄ valent.

PREIBISI, insignis probitas tua fulget in Urbe;  
Namq̄ merē à JESU profluit illa tuō.

Hinc quoq̄ par palmae viridantis surgis in altum;  
Crescit in Urbe tuum Nomen, bonosq̄ viget.

Sis, precor, ulterius viridans velut arbor ad amnem!  
Sit nomen crescens Urbe & in Orbe tuum!

2.

Joannes Preibisius, Senator Lipsiensis.

*avayegmualnōs:*

Spes plena in JESU, rosis Sionis inebriat.



**V**Asta sit quamvis eremus, mundus hicce sordidus,

Quæ perambulanda multis est necessitatibus,

In calore, & in rigore; in lasitudine, & siti;

Spes tamen DEI juvantis sufficit solatia:

Spes DEI juvantis omnem tollit ægritudinem:

(2)

Spes

*Spes DEI juvantis ustos potat & refrigerat.  
Plena spes JESU Sionis in rosis inebriat.  
Sic q̄ non inanis exit firma spes fidelium,  
Ut pio exemplo probare possumus PREIBISII.*

3.  
**Magister Johannes Preibisius.**  
Die Buchstaben versetzt:  
**Sein JESUS probirt ihn maäsig.**

**G**e das beste Gold und Silber ohne Feuer nicht besteht:  
Also schlägt die Trübsals-Gluth bey Preibisen oft zusammen;  
Doch probirt sein JESUS ihn gar fein maäsig in den Flammen/  
Denn Er schaffet das bey Hize auch ein kühles Lüftigen weht.

4.

**H**OC sit Mnemosynon, Vir clare, quod offero tandem,  
Obstrictus meritis tempus in omne tuis.  
Non hic PREIBISIUM tangam, qui tempora Laurum  
Ornabat; Cujus contegat ossa qvies!  
Contegat ossa qvies PREIBISI! cuius in axe  
Mens ovat, & nomen perpes in orbe viget.  
Te tantum refero, PREIBISI, experte SENATOR,  
Proq̄e tuis meritis vota preces q̄ fero.  
Nunquam deficiat Dominitibi Gratia JESU,  
Teḡ Tuos q̄ omni prosperitate beet:  
Ut Philura longum profitua dextera virtus,  
Consilium & vigeat cum Pietate tuum.

**M. J. Frenzel.**

*Tb. Nun-*

Th. **N**unquamne signum, Musa gratitudinis  
Donata propter premia  
Edemus ullum? sterilis auctori suo  
Nec flore, nec fructu volet  
Placere laurus? expedi, tandem expedi,  
Si quis pudor, diu-moras!

M. Ab qvid dolorem non mihi obductum satis  
Ungvi molesto exulceras?  
**P**REIBISIUS ille, qui tuum lauru caput  
Obnupsit, immortalibus  
Permisis animis, gratias mortalium  
Nihil moratur amplius.

Th. Ingratus ergo moriar, & silentio  
Hoc decoqvam beneficium?  
Quin, si qvid unqvam efficere carminibus potes,  
(Nec parva vis est carminum)  
**P**REIBISIUM ab astris cælitem in terras voca,  
Illi ut canamus gratias.

M. Excire manes sola, qvæ condit manu,  
Immensa vis Deipotest:  
Non opis id bujus, bujus & si opis foret,  
Tamen evocare non velim.  
**Q**væ gratitudo, in hos retrahere carceres  
Superis locatum sedibus?

Th. PREIBISILIS alter jure beneficentiae  
Partem sibi hujus vendicat.  
In hunc, pudici qvicqvid amnis hausimus,  
Plenis recurrat ostiis!

(3)

Qvæ

Quæcunque restat gratitudini via,  
Tentanda non legni est gradus.  
*M.* Ulterq; summis dignus est praconiis:  
Ulrumq; cantari placet.  
Nec, quod recessit alter, ideo laudibus  
Inter minus suis erit  
Famâ usq; vivens. Hunc canendum sus-  
Ego immorabor alteri. (cipe,  
*Th.* Quo, PREIBISI Beate, quo te carmine  
Sic benè merentem proseqvar?  
Tu me verentis petere conscientiæ  
Pudore perculsum gravi.  
Apollinari sponte donas laureâ,  
Vatumq; circulo inseris.  
*M.* Quo te merentem barbito, quibus modis  
Canam superstes PREIBISI?  
Tuo (quod unum mille pendit calculos,) Probat a testimonio  
Jam delicatum tollere à terra pedem,,  
Nubes q; calcare audeo.  
*Th.* Fixus grabato, jamq; vicinæ gravis  
Langvore mortis, regiam  
Poscis papyrus, neminemq; ultrà sacrâ  
Virginea Parnassi in juga  
Missurus, ultimo omnium tororiam  
Pandis specum Thomasio.  
*M.* At Tejacentis assidentem lectulo  
Patruiq; morbo exterritum,

Qvem

*Quem patris instar estimare perpetim  
Assueveras, nostri tamen  
Hec curat enuit, atq; si nepotulus  
Avo osculandus adforet.*

*Th. Ergo exiturus orbe PREIBISIUS mihi  
Extrema fixit basia,  
Figensq; Phœbi melleos præcordiis  
Insibilavit halitus.  
Sensi ipse sensi: avara nectaris anima  
Currebat ad labias mihi.*

*M. At Tu repressis interim singultibus,  
Luctusq; venturi immemor,  
Nostro favebas gaudio, hinc juvenem, hinc  
Oculis amicis obtuens, (senem  
Dumq; obtueris, lacrymæ injussæ genas  
Dubio liquore interluunt.*

*Th. Senex beate, non abibit hæc meis  
Pietas tua unquam sensibus.*

*Quod si, cupido qvanta me stimulis agit  
Laudum tuarum, tam mihi  
Efferre operta pectoris promptum fo-  
Justa ederetur Illas. (ret,*

*M. Nec Te revinctum cordis in recessibus  
Acies futuri temporis  
Expunget ulla: dum mihi sangvis calet,  
Dum membra vitali vigent  
Agitat a vento, nomen, & honor, & tuae  
Laudes manebunt, PREIBISI.*

*Th. Tu*

Th. Tu nunc resulges aureum inter sidera  
Terrisqve mirandum jubar,  
Postquam solutâ corporis compagine  
Mens evolavit ad Deum;  
Hoc celsioris jam comes palatii,  
Quô celsius cœlum est solo.


M. At Te juvando publicæ rei bono  
Diutiū superstitem  
Conservet alma Numinis benignitas  
Animo valentem & corpore,  
Donec parati decoris, & vitæ satur  
Æterna subeas atria!

M. J. Thomasius.

F I N I S.










Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-521489-p0013-4

DFG



DD A 6358



3


5b.

Rutho ✓

1017

5 ♦ R





**Farbkarte #13**



ΕΤΧΑΡΙΣΤΙΚΟΝ  
VIRO

*Clarissimo atq; Prudentissimo*

# M. JOHANNI PREI: BISIO,

J. U. Candidato,

Philos. Facultatis Assessori,  
Collegii B. Virginis Collegiatò,  
Reipublicæ Senatori

*ipso D. Johannis Baptistæ die Feste*

A. P. C. N. 1651.  
oblatum

¶

M. JOHANNE FRENTZELIO, Annæbergensi,

¶

M. JACOBO THOMASIO, Lipsiensi,  
Poetis

*à Beata Memoria Magnifico Viro*

D. CHRISTOPHORO BREIBISIO,  
Comite Palatino, &c.

Laureatis.

---

L I P S I A,  
STANNO RITZSCHIANO.

86